Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5915
Copyright: CC BY 4.0 <img src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png"> <img src="https://manuscripta.at/styles/BMKOES_Logo.svg" height="48"> <img src="https://manuscripta.at/styles/EUnion_POS1.jpg">



mas

43

puerunt. Ab indignatione eius commouebit terra et non sustinebunt
gentes comminationem eius. Sic ergo dicetis eis. Dii qui celum et
terram non fecerunt pereant de terra et de hiis que sub celis sunt. Qui
facit terram in fortitudine sua parat orbem in sapientia sua et prudentia
sua extendit celum. Ad vocem suam dat multitudinem aquarum de celo
et eleuat nebulas ab extremitatibus terre fulgura in pluuiam fecit
et educit ventum de thesauris suis. Stultus factus est omis homo
a scientia sua. Confusus est omis aurifex in sculptili quia falsum est quod
conflauit et non est spiritus in eis. Vana sunt et opus risu digna
in tempore visitationis sue peribunt. Non est his similis pars iacob.
Qui enim formauit omia ipse est et israhel virga hereditatis eius
Dominus exercituum nomen est illi. Congregia de terra confusionem tuam
que habitas in obsidione. Quia hec dicit dominus ecce ego longe proiciam
habitatores terre in hac vice et tribulabo eos ita ut non inueniant.
Ve michi super contritione mea pessima plaga mea. Ego autem
dixi plane hec infirmitas mea est et portabo illam. Tabernaculum
meum vastatum est. Omnes funiculi mei disrupti sunt filii mei exie
runt a me et non subsistunt. Non est qui expandat ultra tentorium
meum et erigat pelles meas. Quia stulti egerunt pastores et dominum
non quesierunt propter hoc non intellexerunt et omis grex eorum dispersus
est. Vox audiendi ecce venit et commotio magna de terra aquilonis
vt ponat ciuitates iuda solitudinem et habitaculum draconum.
Scio domine quia non est hominis via eius. Non est in homine vt ambulet
et dirigat gressus suos. Corrige me domine verum non in iudicio et
non in furore tuo ne forte ad nihilum redigas me. Effunde indignationem tuam
super gentes que te non cognouerunt et super prouincias
que nomen tuum non inuocauerunt. Quia comederunt iacob et deuoauerunt
eum et consumpserunt eum et ablatus est decus eius. Dissipauerunt

Verbum quod factum est ad iheremiam a domino dicens audite
verba pacti huius et loquimini ad viros iuda et habi
tatores ierusalem. et dicetis ad eos hec dicit dominus deus
israhel. Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius
quod precepi patribus vestris in die qua eduxi eos de terra egipti
de fornace ferrea dicens audite vocem meam et facite omia secundum quod precepi